


1618, 18 36.
20



DISPUTATIO JURIDICA
DE

SUCCESSIONI-
BUS AB INTESTATO,

QUAM

D. T. O. M. A.

Authoritate & permisso Nobilissimi & Amplif-
simi Jctorum Ordinis, in Celeberrima
ac Illustr. Salanâ,

SUB PRÆSIDIO

Dn. EM MERICI Psefferkorn
CRUCISB: TYRIGETÆ.

Pro viribus defendet

ANDREAS SEGNER,
De S. GEORGIO, Pannonius.

Ad diem 16. Julii.


JENÆ

EX OFFICINA TYPOGRAPH:

JOHANNIS BEITHMANNI,

ANNO MD C XVIII.





VIRIS

*Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis,
Prudentissimis,*

Dn. CONSULIBUS
ac cæteris Reipub. Regii ac
Liberi Oppidi Sancti Georgii laudatissimæ,
Senatoribus meritissimis, Patribus Patriæ
vigilantissimis.

NEC NON

*Clarissimo, Doctissimo, longoq; rerum usu &
experientiâ Præstantissimo Viro,*

DN. BURCHARDO
GROSMANNO, ILLUSTRISSIMORUM
ac Potentissimorum Ducum Sax. Julix, Cli-
viæ & Montium, &c. Præfecto in Arce
Jenensi fidelissimo.

*Dominis Mæcenatibus & Fautoribus suis
summâ observantiâ colendis,
hanc disputationem Juridicam*

officiosè

D. D. D.

Respondens.



THESIS I.

Successio a ab intestato b, quæ proprie legitima c dicitur, est hereditatis extra casum ultimæ voluntatis d defuncti acquisitio e.

a) Vocab. successionis significat titulum & acquirendi causam universalem, sub se duas species comprehendentem, hereditatem scil. & bonorum possessionem, quarum illa agnoscitur aditione & immistione, §. extraneis. 5. & §. seq. Inst. de hered. qualit. & diff. l. more. 8. §. impubes. l. pupillus 9. l. ei qui 12. l. is qui 13. in pr. l. pro herede. 20. l. geris. 88. ff. de acquirend. hered. hæc petitione sive postulatione pro tribunali, l. 3. §. si causa 8. l. 5. l. 7. l. 8. l. 12. ff. de bon. poss. etiam hodie apud quemcunque competentem iudicem factâ l. fin. C. qui admitt. ad bon. poss. Gæd. ad l. hereditas 24. ff. de V. S. nu. 12. b) intestatus is, qui vel ab initio testam. non fecit, aut quia noluit, aut quia non potuit, l. 1. in pr. ff. de suis & leg. vel non ritè fecit, pr. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. l. 23. C. de fideicom. l. hac consultissima 21. C. de testam. arg. l. 2. ff. de auct. tut. & l. 8. §. 8. ff. ad SCtum Vellejan. vel id quod fecit ruptum irritumvè factum est, t. t. ff. de injust. rupt. testam. vel cui heres nullus extitit, d. pr. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. l. intestatus 64. & ibi Gæd. ff. de V. S. item ex post facto per bon. poss. contra tabb. & querelam inofficiosi intestatus quis efficitur, in princ. vers. quos autem. Inst. de bon. poss. l. 17. C. de collat. & t. t. ff. de inoff. testam. Treutl. 2. disp. 16. th. 1. lit. a. sed an is quoque intestatus dicitur, qui testam. factionem activam non habet, veluti impubes, furiosus, prodigus? Aff. per l. 1. in pr. ff. de suis & legit. l. sciant. C. de legit. hered. l. omnem. 6. C. ad SCtum Tertyll. l. 2. §. impuberem. 5. ff. eod. l. 14. §. ult. ff. ad L. Falcid.

In statutis igitur intestatorum appellatione contineri prædi-
 ctas personas, nullum est dubium, *Bart. ad d. l. 1. in pr. ff. de
 suis & legit. Fachin. 4. contr. 74. Gæd. ad d. l. intestatus 64. ff.
 de V. S. nu. 4. & 5. Dn. Ortolph. Foman. disp. Justin. 18. thes. 1.
 lit. b. Diff. Cyn. ad l. 2. C. qui testam. fac. poss. Bald. & Salyc.
 ad l. cum in antiquiorib. C. de jur. delib. Job. Fab. ad pr. Inst. de
 hered. quæ ab intest. defer. c)* Quia meræ dispositioni legis in-
 nititur, non voluntati testatoris expressæ, *t. t. ff. & C. de legit.
 hered. t. t. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. l. lege. 14. C. de legit.
 hered.* Licet verò ea quoque successio, quæ ex testam. de-
 fertur, etiam legitima dicatur, cum lege 12. tabb. confirme-
 tur & approbetur, *l. verbis 120. ff. de V. S.* quia tamen princi-
 palitèr datur voluntate testatoris, *l. 1. ff. qui testam. fac. poss.
 ideò propriè non dicitur legitima, sed legitimæ tanquam
 contraria species opponitur ubique, l. 3. §. de illo. ff. pro socio
 l. is qui 13. l. nec is 17. §. heres 1. l. si is 22. l. quamdiu 39. ff. de
 acq. her. Fachin. 6. cont. 41. Gæd. ad l. lege obvenire 130. ff. de V.
 S. n. 2. Dn. Ortolph. Foman. disp. Just. 14. th. 2. lit. b. Dn. Arum.
 Exerc. Justin. 11. th. 2. Diff. Jason in l. un. nu. 8. C. quand. non
 pet. part. alitèr Alciat. in d. l. lege obvenire. 130. & lib. 4. paradox.
 cap. 7. d) Cujus causa prior l. 39 ff. de acquir. hered. l. quamdiu
 89. ff. de R. J. l. 8. C. com. de success. cum nihil sit, quod magis
 hominibus debeatur, quàm ut supremæ voluntatis, postquã
 jam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod
 iterum non redit arbitrium, *l. 1. C. de S S. Eccles.* Unde filia
 dotata, aut statuto à successione patris exclusa, nihilominus
 admittitur ex testamento, *Dd. com. ad l. fin. C. de pact. Treut. 2.
 disp. 16. thes. 1. lit. c. e) arg. l. ult. ff. de suis & legit. Vult. 1. J. R.
 74. Dn. Arum. exerc. Just. 11. th. 1.**

THESIS II.

*Ut autem verus usus & fructus ex successione
 hujus materia percipi queat, duo sunt attendenda:
 Primò successionem ab intestato esse aut personalem
 a, aut representalem b. Deinde ordines succeden-
 di ab*

di ab intestato hodie tradi quinque: Descendentium, ascendentium, collateralium, conjugum, Fisci c.

a) Quæ fit in capita, hoc est, quando hereditas in tot partes æqualitèr dividitur, quot sunt personæ, l. 2. §. hæc hereditas 2. ff. de suis & legitim. Nov. 118. c. 1. b) Quæ jure repræsentationis in stirpes fieri dicitur, hoc est, quando in unius præmortui locum omnes liberi succedunt, ita ut quot stirpes, tot etiam partes utrobique semper æquales constituantur, §. cum filius 6. Inst. de hered. quæ ab intest. l. nepotes. 2. l. ut intestato. 3. C. de suis & legit. c) d. Nov. 118. Treutl. 2. disp. 16. th. 1. lit. f. Removentur itaque affines l. affinitatis. 7. C. com. de success. nutritores l. nutritoribus 10. & auth. seq. C. eod. i. tutores, si absque heredibus legitimis decesserit pupillus, arg. d. l. nutritorib. 10. Bart. & Cagnol. ad l. quo tutela. 74. & ff. de Reg. Jur.

THESIS III.

Primus ordo est descendentium sive liberorum, ubi liberi a, ex justis nuptiis procreati, si sint primi gradus, in capita; si ulterioris gradus, sive soli sint, sive cum primi gradus liberis concurrant, jure repræsentationis in stirpes vocantur b.

a) Quos naturæ & parentum commune votum ad successionem genitorum admittit, l. 7. in fin. ff. si tabb. testam. null. extab. l. cum ratio. 7. in pr. ff. de bon. damnat. nec refert, mares sint sive foeminae, l. si matre. C. de suis & legit. l. maximum. C. de lib. præterit. §. item vetustas Inst. de hered. quæ ab intest. Nov. 118. c. 4. & t. t. ff. ad SCtum Orffic. & Tertyll. ipsi parentes sint vel liberi l. fin. & auth. in successionem. seq. C. de suis & legit. Nov. 118. c. 1. aut in potestate vel sui juris l. quæcung. C. de bon. quæ lib. l. fin. C. com. de success. d. Nov. 118. c. 1. nullâ etiam suitatis ratione habitâ d. Nov. 118. c. 1. Rober. disp. Justin. 13. thes. 3. Forster. 1. disp. Justin. 15. th. 7. Dn. Arum. exerc. Justin. 11. thes. 7. aut nati fuerint tempore mortis parentum vel posthumi sint

A 3

§. 5

§. & licet. Inst. de hered. qua ab intest. l. 6. & l. seq. ff. de suis & legit. b) §. cum filius 6. & §. fin. Inst. de hered. qua ab intest. l. 2. C. de suis & legit. Nov. 118. c. 1. illi jure proprio, hi jure repræsentationis, etiam in infinitum, Treutl. 2. disp. 6. thes. 1. lit. b. Rober. disput. Justin. 13. th. 2. Forster. 1. disp. Justin. 15. thes. 5. Dn. Arum exerc. Justin. 11. th. 5. Diss. Bart. in l. 1. §. si quis. ff. de suis & legit. Quod etiam in feudis verum est, propter c. un. vers. his verò deficientibus de success. fratr. 2. f. 11. etiam de jure Sax. Const. Elect. 29. p. 3. Schon. 1. disp. feud 6. th. 72. In feudilibus tamen filii regulariter præferuntur filiabus, c. un. §. fin. de feud. March. 1. f. 14. c. un. quemadm. feud. ad filium. 1. f. 24. quod idem quoque receptum de Jure Saxon. in rebus expeditoriis, quæ itidem ad masculos saltem pertinent exclusis filiabus & foeminis, art. 22. lib. 1. Landr. sicut vicissim eodem Jure Sax. in mundo muliebri & utensilib. filia præferuntur masculis, art. 27. lib. 1. Landr. Dn. Pet. Theod. in tr. de success. ab intest. in 1. ord. descend. reg. un. except. 8. Quid juris in allodialib. de Jure Saxo. circa jus repræsentationis? Etsi hoc jus repræsentationis non videtur competere, per tex. ad literam Landr. lib. 1. art. 5. rectè tamen gl. ibid. id correctum esse asserit, per gl. Landr. lib. 1. art. 16. & gl. fin. Weichb. art. 63. idque usu quotidie in terris, quæ Jure Saxon. utuntur, servari videmus, Treutler. 2. disput. 16. thes. 1. lit. b. Sed ad jus commune redeundo, quid de liberis diversi matrimonii sentiendum? si ex diversis matrimoniis liberi concurrant, utraque proles donationem propter nuptias, vel dotem sui parentis præcipuam habebit, & in bonis communis parentis æqualiter succedet l. foemina. l. cum aliis. C. de secund. nupt. Nov. 22. c. 29. Geil. 2. obs. 98. Rober. disput. Justin. 13. thes. 5. nisi pacto de unione prolium aliud constitutum sit, de quo vid. Geil. 2. obs. 125. Quid verò statuendum de liberis, qui jam ante à parente, de cujus successione quæritur, aliquid acceperunt, veluti dotem profectitiam, donationem propter nuptias? Hi cum reliquis æqualiter succedere nequeunt, sed omnia, quæ acceperunt, reliquis coheredibus conferre tenentur, l. 1. ff. de collat. non tamen ea, quæ ex donatione simplici acceperunt, l. 25. ubi Dd. C. de donat. inter vir. & ux. arg. l. 15. C. de donat. l. 8. C. fac. heres. l. pen. in fin. C. de collat. Wesenb.

*Wesenb. in Parat. ff. de collat. dot. n. 2. Treut. 2. disp. 17. thes. 5.
 lit. g. Paucis casibus exceptis, quæ numerantur in auth. ex te-
 stam. & l. pen. C. de collat. item non conferuntur impensæ
 studiorum, propter l. 50. ff. fam. hercisc. l. 20. §. 6. ff. eod. nisi pa-
 ter administraverit filii bona castrensia vel quasi l. 34. ff. de
 negot. gest. l. fin. ff. de petit. hered. vel filius illos sumptus pes-
 simè prodegerit, arg. auth. quod locum. C. de collat. Trentl. 2.
 disput. 17. th. 5. lit. b. & 1. disput. 19. th. 13. lit. b. Fachin. 5. cont.
 83. Coler. dec. 62. nu. 19. Pari modo non conferre tenentur
 liberi sumptus nuptiales, veluti si pater pro una filia nubente,
 vel etiam pro uno filio uxorem ducente fecit impensas
 in nuptiis, in vestimentis, ornamentis & similib. Mortuo
 patre hæ impensæ non conferuntur, sed nihilominus filia
 elocata, vel filius, qui uxorem duxit, tantundem consequi-
 tur ex hereditate patris, quantum alii sui fratres & sorores
 accipiunt, eoq; casu alii fratres & sorores has impensas post-
 ea de proprio & non ex communi facere tenentur, *Wesenb.
 in Parat. ff. de collat. dot. n. 3. Sichard. ad l. 18. C. fam. hercisc.
 Treut. 2. disp. 17. th. 5. lit. i. Dn. Pet. Theod. in tr. de success. ab
 intest. in ord. descend. reg. un. except. 7. Dissentire videtur Geil.
 2. obs. 91. nu. 5. puto conciliari posse utramq; sententiam arg. l. 25.
 ff. de peculio.**

T H E S I S I V .

*Legitimati per subsequens matrim. parentibus
 cum legitimis & naturalibus a per omnia succedunt
 b, legitimati vero per rescriptum Principis c tum
 demum admittuntur, si nulli ex justo matrim. nati
 liberi supersint d.*

*a) Sive nati sint ex alia, sive ex eadem matre, Firaq. ad l.
 si unquam. C. de revoc. donat. verb. donatione. n. 276. b) c. tanta.
 extr. qui filii sint legit. l. 5. l. 10. C. de natural. lib. Nov. 12. cap. 4.
 Nov. 74. c. 2. etiam agnatis & cognatis parentum, ut conclu-
 ditur per gl. d. c. tanta. verb. legitimi. Schneid. ad tit. Instit. de
 hered.*



hered. que ab intest. in 1. ord. de success. natural. & legit. nu. 9. licet matrim. in mortis articulo vel à sene decrepito contractum fuerit, Geil. 2. observ. 141. nu. 8. Schneid. ad tit. Inst. de patr. potest. nu. 23. Trentl. 2. disp. 16. th. 2. lit. a. Rober. disp. Justin. 3. t. 2. & aliud matrim. medium intervenerit, arg. l. 20. ff. solut. matrim. l. 36. l. 41. ff. de jur. dot. Tiraq. de jur. primog. q. 34. n. 3. Zas. tr. feud. p. 8. nu. 76. Forster. in tr. de success. lib. 6. c. 23. dummodò inter parentes ejusmodi matrim. consistere potuerit, Dd. in d. c. tanta. Heig. Instit. de success. legit. civ. desc. nu. 152. & seqq. Fachin. 3. contr. 55. Sicuti autem legitimati per subseq. matrim. in bonis allodialib. succedunt, ita quoque in feudalib. cum ipsum non inveniatur correctum, nec immutatum jure feudali, adeoque jus commune servandum, juxt. text. in fi. de feud. cognit. 2. f. 1. Quam sententiam, communi Dd. calculo receptam, & Cam. Imper. præjudicio confirmatam, tuerentur Myns. 5. obs. 42. Fachin. 7. contr. 51. Schon. 1. disput. feud. 6. th. 39. Rober. disp. Justin. 3. th. 4. Dn. Arum. exerc. Justin. 11. th. 8. lit. a. eamq; procedere putant, licet feuda pro legitime natis concessa sint, cum appellatione legitime natorum, veniant etiam legitimati per subseq. matrim. ut est gl. & ibi Canonista in c. innotuit. sup. verb. conjugata. extr. de Elect. Geil. 2. obs. 141. nu. 2. Hartm. Pist. 3. qq. jur. 41. Nicol. de Ubald. in tr. de success. p. 1. nu. 65. Schurff. cent. 1. conf. 1. Diss. Vult. 1. feud. 9. nu. 94. Sonsbec. de feud. p. 9. nu. 75. Francisc. Hotom. vol. 1. conf. 10. Ideoq; etiam statuto extantibus masculis excludente foeminas, comprehendi legitimatos per subseq. matrim. verius est, Geil. 2. obs. 141. Diss. Castr. ad l. fin. C. qui ven. etat. Apud Dd. verò gravis conflictus, utrum hoc modo legitimatus jure primogenituræ nato postea ex legitimo matrim. præferatur? Affirmativa firmioribus ll. fundamentis innititur, modò legitimatio alterius nativitatem antecedit, Geil. 2. observ. 141. nu. 3. Schon. 1. disp. feud. 6. th. 59. Rober. disput. Justin. 3. thes. 5. c) Quod hodiè facere possunt etiam Comites Palatini ab Imp. creati, si in specie id eis concessum. Quæ enim auctoritate Principis fiunt, ab ipso Principe facta videntur, l. 1. §. qui mandatam. junct. l. et si prator. ff. de off. ejus cui mand. jurisd. Unde in instrumento legitimacionis per eos factæ tenor

tenor literarum concessionis Imp. inseritur, arg. eorum, quæ
in simili notantur à Treutl. 1. disp. 4. th. 5. lit. a. d) Nov. 89. cap. 9.
Unde statutum, quod extantibus masculis naturalibus & le-
gitimis fœminas excludit, non est extendendum ad legiti-
mos per rescriptum Principis, Fach. 6. cont. 1. Treutl. 1. disp. 2.
th. 7. lit. d. Geil. 2. obs. 140. Myns. 3. obs. 26. Niell. disput. feud. 11.
th. 2. lit. c. Rober. disp. Justin. 13. th. 4. Dn. Arum. exerc. Just. 11.
th. 8. lit. a. Diff. Menoch. conf. 227. nu. 35. & conf. 266. nu. 9. An-
verò non tantum patri, verum etiam aliis ascendentibus &
collateralibus succedant legitimo per rescriptum Principis,
naturalibus & legitimis non existentibus, dubiæ est quæstio-
nis? Omnino, Nov. 89. c. 9. l. 23. C. de nupt. Dn. Ortolph. Foman.
disp. Justin. 18. th. 3. lit. c. E. Cotbm. vol. 1. conf. 31. nu. 85. & seqq.
Item quæritur, num agnatorum vel cognatorum patris opus
sit consensu in hac legitimatione? Minimè, si cum consensu
patris legitimo per rescriptum facta, per l. 1. C. de inoff. do-
nat. l. 1. C. de emancip. lib. Val. Forst. de success. lib. 6. c. 33. nu. 25.
& seq. Dn. Ortolph. Foman. d. loc. quia pater naturalis liber-
rimum de rebus suis disponendi habet arbitrium, ita ut in
planè extraneos sua bona distrahere possit l. in re mandata.
21. C. mandat. quod arbitrium certè agnati, cognati, & con-
sanguinei auferre patri nequeunt, cum in bonis parentis
naturalis ipso jure nullum jus quæsitum habeant, l. qui su-
perstitis. 94. ff. de acquir. hered. Secus est, quando liberi natu-
rales ipsi per se mortuo parente rescriptum impetrarunt,
tunc id ipsum in præjudicium consanguineorum ad hoc non
citorum aut dissentientium vergere non potest, sed ad hoc
eorum consensus omnino necessarius, quandoquidem jus
alteri quæsitum alteri auferri jura non patiuntur, l. fin. ff. de
natal. restit. Pinell. ad l. 2. C. de rescind. vend. p. 1. in rubr. cap. 2.
nu. 17. Dn. P. Theod. in tr. de success. ab intest. in 1. ord. desc. reg.
un. except. 3. Princeps tamen potest naturales liberos, ut in
feudis succedant in præjudicium agnatorum, quibus jus ex
investitura quæsitum est, ex justa causa & plenitudine pote-
statis & certæ scientiæ legitimare, Geil. 2. observ. 142. Schon. 1.
disp. feud. 6. th. 44. Dn. Arum. exerc. Just. 11. th. 8. lit. a. Diff.
Fachin. 7. contr. 50.

B

THE-

T H E S I S V.

Adoptivi indistinctè patri adoptivo succedunt, modò adoptio adhuc duret a, aliàs emancipatus ab extraneo ad ejus successionem non admittitur b, ab ascendente verò emancipatus, mortuò patre naturali, emancipatio ipsi non nocet c. In adrogatis hoc speciale est, ut si impuberes emancipati fuerint, ultra sua bona quartam ad minimum omnium bonorum emancipantis partem consequantur d, puberes verò excludantur e.

a) §. *sed hodie 2. Inst. de adopt. l. pen. C. eod.* quod quoque verum est, si adoptans liberos justo matrim. superstites reliquerit, quippe nihilominus adoptatus cum iisdem ad partes viriles vocatur, l. 5. *C. de suis & legit.* imò etiam verum hoc est, si adoptans patrem habeat sibi superstitem l. 2. §. *liberi. 6. ff. ad SCtum Tertyll. arg. §. sui autem 2. Inst. de hered. quæ ab intest.* nisi in fraudem parentum adoptio facta esset, arg. l. 1. *C. de inoff. donat. Treutl. 2. disp. 16. th. 2. lit. g.* Filius autem adoptivus succedit patri adoptivo tantum, non agnatis & cognatis ipsius patris adoptivi extranei, nec uxori patris adoptantis d. l. *pen. §. sed ne articulum. vers. & ideò. junct. gl. in verb. tantummodo,* nec quoque succedit filius adoptivus patri adoptivo in feudis, c. *adoptivus. si de feud. defunct. 2. f. 26.* Si enim adoptivus succederet in feudo, tunc solâ dispositione Vasalli posset feudum ad extraneum transferri, *contr. c. un. in pr. de success. feud. 1. f. 8. & contr. c. Imperialem. de probib. feud. alien. per Frider. 2. f. 55. Schneid. ad tit. Instit. de hered. quæ ab intestat. in 1. ord. de success. filior. adopt. nu. 9. & 10.* b) d. §. *sed hodie 2. Inst. de adopt.* Perinde enim est ac si adoptatus non fuisset, l. 10. §. *sin autem. 2. C. eod.* Et in hoc filii legitimi tantum sunt deterioris conditionis quàm naturales & legitimi simul. Hi enim licet fuerint emancipati, hodie tamen non solum de jure prætorio §. *emancipati. Inst. de hered. quæ ab intest.* Sed etiam

etiam civili parentibus succedunt, *Nov. 118. c. 1.* Ratio diversitatis est, naturales liberi licet emancipentur, tamen jure naturali liberi manent, cum jura sanguinis civilia jura dirimere non possint, *l. jura sanguinis. ff. de R. J.* sed adoptivus solum per jus civ. factus est filius, ideo etiam per contrarium actum civilem, per emancipationem vicissim desinit filius esse, cum nihil sit tam naturale, quam eodem genere quodque dissolvere, quod colligatum est, *l. nihil tam naturale ff. de R. J. l. prout quisque ff. de solut.* Unde cum adoptivus emancipatus efficiatur prorsus extraneus, nec aliquam ratione naturali defuncto sit conjunctus, ab ejus quoque successione excluditur, *d. l. penult. §. sin autem. 2. c)* ac proinde tam patri quam avo eo casu succedit, *auth. in successionem. C. de suis & legit. Nov. 118. c. 4. arg. l. 1. §. si impubere ff. de collat.* Illud generaliter verum, quod adoptatus, a quocunque adoptio fiat, successionem patris naturalis non amittat, *Treutl. 2. disp. 16. th. 2. lit. i. d) §. 4. Inst. de adopt. l. 2. C. eod. l. Papinianus §. si quis 15. ff. de inoff. test. quib. in locis responsum est, deberi adrogato quartam ex bonis, que mortis tempore adrogatoris fuerint: At adrogatoris tunc sunt universa bona, sequitur inde, quod ad adrogatum universorum bonorum quarta pertineat, Rober. disp. Justin. 3. coronid. 3. Forst. 1. disp. Justin. 3. th. 27. Dn. Arum. exerc. Justin. 2. th. 19. Dissent. Accurs. in l. si adrogator. ff. de adopt. & l. 2. C. eod. Vult. 1. J. R. 22. e) arg. cum autem. 3. vers. sed & Inst. de adopt. l. si adrogator. 22. ff. eod.*

T H E S I S V I .

Naturales liberi a matri quidem & ceteris per lineam maternam ascendentibus semper succedunt b, Patri v. in duas uncias succedunt c, quando legitima soboles & uxor desunt d.

a) Qui lc. ex concubina nati, quam quis unicam indubitato affectu domi loco uxoris habuit, c. fin 32. q. 4. Nov. 74. Nov. 89. & t. t. C. de natural. lib. b) ex SCto Orffic. t. t. Inst. de SCto Orffic. etiam cum legitimis liberis simul & æqualiter,

B 2

ipsisq;



ipsisq; matris intestatæ parentibus exclusis, *l. si qua illustris. C. ad SCtum Orffic. l. 2. l. 8. ff. unde cognat. Don. 9. com. 2.* adeoq; etiam contra testam. matris de inoff. agere possunt, *l. si suspecta. §. 1. ubi gl. ff. de inoff. testam.* id quod etiam de jure Saxon. procedit, *non obstante textu in art. 31. lib. 1. & Andr. qui de adulterinis, incestuosis, & nefariis liberis accipiendus, quoad naturales verò liberos, simpliciter ita dictos, usu non observatur, ceu testatur Reinhard. p. 1. diff. 50. c)* Quas, si soli sint, inter sese, sin verò mater superstes, cum eadem in capita dividunt, *Nov. 89. c. 12. §. si quis. 4. auth. licet. patri. C. natural. lib.* Hoc tamen ad nepotes extendi non debet *l. fin. C. de natural. lib. Dn. Ortolph. Foman. disp. Justin. 18. th. 4. lit. b.* nisi statuto fortè iis successio deferatur, modò per id legitimi non defraudentur omninò, *arg. l. 9. ff. de J. & J. Treutl. 2. disput. 16. thes. 3. lit. c. d) d. Nov. 89. c. 12. auth. licet. C. de natural. lib.*

T H E S I S VII.

Spurii a patri nullo modo succedunt b, ad matris verò bona admittuntur c, etiamsi illustris sit, modò legitimi deficiant d.

a) Seu vulgò quæsi, nati sc. ex publica meretrice, qui patrem demonstrare nequeunt, *Schneid. ad pr. Inst. de adopt. nu. 4.* non tamen malè defendi potest, propriè nec juris nec facti infamiâ spurios notatos esse, etsi non negatur, inesse illis aliquid maculæ, quod scitè auro alchimistico alibi Baldus comparat, *l. 6. ff. de decurion. Palaott. in tr. de spuriiis. c. 55. & seq. Hart. Pist. 1. qq. jur. 30. Dn. Arum. exerc. Just. 11. thes. 9. lit. b. Diff. Azo in sum. C. ex quib. caus. infam. nu. 3. Mynsing. 4. obs. 31. b) arg. §. pen. Inst. de success. cognat. l. 2. l. 4. l. 8. ff. unde cogn. etiamsi justam prolem & uxorem pater non relinquat, Nov. 18. c. 5. quâ in parte spurii distant à liberis naturalibus. Ratio differentiæ est, quia spuriorum pater incertior est, quippe cum horum mater cuilibet corpus suum prostituerit: naturalium verò mater unò fuit, aut certè unò fuisse contenta præsumitur. Quæritur hic, an statuto introduci possit, ut
 fit, ut*

fit, ut spurii etiam patri succedant? Affirm. quia si valet dispositio juris communis, quod hujusmodi filii succedant patri, per *l. omnes populi. ff. de J. & J.* cum mulier fornicando non minus peccet quam vir *c. Christiana 32. q. 5. Bald. in l. 1. C. de jur. aureor. annul. Schneid. ad tit. Inst. de hered. quæ ab intest. in 1. ord. de success. spurior. n. 3. Diss. Bart. & alii per l. convenire C. de pact. dotal.* Ut ut sit, spuriiis tamen alimenta à patrib. debentur, non quidem jure civ. *auth. licet. C. de natural. lib. Costal. in l. si quis. 5. ff. de agnosc. & alend. lib.* Sed jure Can. *c. cum haberet. extr. de eo, qui duxit in matrim. Boër. decis. 127. nu. 7. Geil. 2. obs. 68. nu. 4. Forst. de success. lib. 6. c. 47. nu. 29.* quod maximè procedere debet, si probatum sit, eum, quem mulier nominat, filii patrem esse, *Treut. 2. disp. 17. th. 3. lit. e. c.) §. novissimè. 3. Inst. de Scto Orfic. l. 1. §. sed & 2. ff. ad Sctum Tertyll. d.)* His enim extantib. spurii excluduntur, *l. pen. C. ad Sctum Orfic.*

quod hujusmodi filii succedant matri, ut legitur quod statuitur in l. 1. in iuris,

THESIS VIII.

Nati ex coitu damnato a penitus ab omni successione tam materna quam paterna excluduntur, b, adeò ut etiam alimenta ipsis jus civile deneget c.

a) Quales sunt incestuosi, nati scil. ex collateralibus in gradu prohibito; nefarii, nati sc. ex ascendentibus & descendentibus; adulterini, qui sc. ex adulterio procreantur, *Schn. ad d. pr. Inst. de adopt. nu. 4. b) Quemadmodum nec vice versa hisce parentes succedunt, Nov. 89. c. 15. auth. ex complexu. ubi Sichard. C. de incest. nupt. & auth. licet. C. de natural. lib. nisi tamen mater primò credidisset se coire cum marito suo, qui non fuit. Tunc enim adhuc liberi tam patri quam matri succedere possunt, Matthes. in tr. de success. c. 1. memb. 3. n. 18. item nisi mulier violentè cognita fuerit. Tunc enim liberi ab ipsius successione repellì non possunt aut debent, l. si quis & C. de incest. nupt. Nov. 89. c. ult. Quæ enim vim patitur, non est in ea causa, ut adulterii vel damnati coitus damnetur, l. se*

B 3

uxor.

uxor. 13. §. si quis 7. ff. ad L. Jul. de adult. cum facta contra voluntatem alicujus facienti non imputentur, juxt. c. Presbyteros. 32. dist. 50. Bald. in l. eam quam. C. de fideicom. Unde sequitur, infantem ex matre adultera natum à paterna hereditate arcendum non esse, Geil. 2. obs. 97. nu. 7. quia qui domi nascitur, ex marito natus præsumitur, etiamsi de adulterio sit convicta mulier. Quod procedit, etiamsi mater confiteretur & asseveraret filium natum ex adulterio, quia favore matrim. matris assertioni cōtra filium fides nulla adhibetur, Geil d. loc. n. 8. nisi fortè aliunde probari posset, partum esse adulterinum, quales probationes habentur in l. 6. ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur. c) d. Nov. 89. c. 15. secus est de jure Can. c. cum haberet. ubi gl. extr. de eo, qui duxit in matrim. Covarr. in tr. de matrim. c. 8. n. 6. Schürer. in 1. reg. de success. desc. limit. 7. fol. 103. Dn. Ortolph. Foman. disp. Justin. 18. th. 4. lit. d. Diss. Treut. 2. disp. 16. th. 3. lit. g. per c. venerabilem. extr. qui filii legit. Palaott. in tr. de spuris c. 46.

T H E S I S IX.

Alter ordo est Ascendentium parentum a, qui si soli sint & paris lineæ, pariter in capita, sin diverse lineæ, licet disparis numeri, in stirpes succedunt b, graduum prærogativâ servatâ c.

a) Ordine mortalitatis turbatô l. nametsi 15. ff. de inoff. testam. Quemadmodum enim ad hereditatem parentum liberos naturæ & commune parentum votum admittit, ita ratio miserationis parentibus liberorum bona addicit l. 7. in fin. ff. si null. testam. tabb. Hænon. disp. x. 8. th. 8. lit. a. Nec refert, cujus gradus sint parentes, masculi sint aut fœminæ, puta pater mater, avus avia, proavus proavia & deinceps, auth. defuncto. C. ad SCrum Tertyll. Nov. 118. c. 2, item non solum naturales parentes liberis succedunt, sed & adoptivi parentes liberis suis adoptivis, quos in potestate habuerunt, §. nunc autem. 2. vers. mortuo. Instit. de acquisit. per adrogat. secus est in extraneis adoptatis §. sed hodie Inst. de adopt. l. pen. §. sin au-

*In autem C. eod. & in libetis adrogatis, si intra pubertatem de-
cellerint §. cum a. Inst. de adopt. Forst. in tr. de success. lib. 7. c. 10.
aut puberes relictis liberis decedant l. fin. C. com. de success.
Quid si adrogatus filius reliquisset patrem vel matrem? si si-
mul cum adrogatore succedunt in capita, Forst. de success. lib. 8.
c. 18. nu. 78. idem quoque dicendum, si reliquit fratres vel so-
rores utrinque conjunctos conjunctas vè d. l. fin. C. com. de
success. Dn. Pet. Theod. in tr. de success. in 2. ord. Ascend. reg. Impu.
except. 6. Et hæc de successione parentum procedunt in allo-
dialib. non item feudalibus, in quibus parentes regularitèr
non succedunt liberis, per text. expressum in c. 1. de nat. success.
feud. 2. feud. 50. c. 1. de succ. frat. 2. feud. 11 tam in seculari quàm
Ecclesiastico feudo, etiamsi defunctus illud à matre vel ali-
quo ascendentium ex linea materna acquisivisset, nisi filius
ob benemerita patris investitus sit, vel pater in favorem li-
berorum feudo renunciarit, quibus in casibus filiò sine
herede masculò decedente pater exclusis collateralibus ad-
mittitur, Schon. 1. disp. feud. 6. tb. 18. cum ibi allegatis. b) ita sc-
ut semissem paternæ, alteram dimidiam maternæ lineæ pa-
rentes accipiant, nullâ sexus aut patriæ potestatis ratio-
ne habitâ, absque ullo respectu & distinctione bonorum
defuncti, an sc. ea ex linea paterna, an verò ex materna fi-
lius acquisierit, Nov. 118. c. 2. auth. defuncto. C. ad SCtum. Ter-
tyll. l. 2. C. de jur. liber. §. sed nos. Inst. ad SCtum Tertyll. Myn-
sing. 6. obs. 55. & absque ullo onere collationis, Treutl. 2. disp.
17. tb. 7. lit. b. etiam jure Sax. juxt. novissimam Const. Elect. Sa-
xon. 17. p. 3. licet de eo jure in expeditoriis rebus & utensilib.
adhuc differentia sit. In illis enim pater, in his mater præ-
fertur, art. 27. lib. 1. Landr. c) Ita ut proximior in gradu re-
motiorem excludat, auth. defuncto. C. ad SCtum Tertyll. Ex
quo sequitur, patrem & matrem, si soli sint, æqualitèr de-
functo filiò succedere, exclusis avis paternis & maternis
tanquam in gradu remotiori existentibus, ita ut pater avum
paternum, mater avum maternum excludat: Deinde ma-
tre mortuâ patrem excludere avum maternum, etiam
quoad bona, quæ ex linea materna ad filium pervenerunt,
& vice versâ patre mortuò matrem excludere avum pater-
num*

num à successione filii, etiam quoad bona paterna, ut est gl.
communitèr approbata in d. auth. defuncto. sup. verb. gradus Schn.
ad tit. Inst. de hered. quæ ab intest. in 2. ord. de success. parent.
num. 21.

THESIS X.

Quod si verò cum ascendentibus concurrant fratres & sorores utrinque conjuncti vel conjunctæ, tum hæ ipsæ personæ collaterales cum illis ascendentibus, cujuscunque gradus fuerint, in capita a, horum verò fratrum vel sororum liberi, non etiam ulteriores b, unà cum illis in stirpes succedunt c. Ex uno vero latere conjuncti, hoc est consanguinei vel uterini, eorumq; liberi ab ascendentibus excluduntur d.

a) Sublatâ omni differentiâ sexus, emancipationis, & patriæ potestatis, Nov. 118. c. 2. vers. si cum ascendentib. Hinc si defunctus relinquat ex parte una avum paternum, avum & aviam maternam ex altera parte, & præterea fratrem ex parte tertia, hereditas pro numero personarum dividetur in quatuor partes. b) Quia repræsentatio ultra fratrum filios in collateralibus locum non habet, auth. post fratres. C. de legit. hered. Ratio diversitatis inter descendentes & collaterales ratione repræsentationis hæc redditur: Descendentes licet sint remoti, traxerunt tamen sanguinem seu originem ab ascendente, de cujus successione agitur, & ideò non debent ejus hereditate privari, cum sint sui quoque heredes, & à jure naturæ ad successionem parentum vocentur, l. cum ratio. ff. de bon. damnat. aliud est in collateralibus quibus non sic debetur hereditas, ut descendentibus, & neuter ab alio traxit originem, Schneid. ad tit. Inst. de hered. quæ ab intest. in 3. ord. de success. collat. n. 12. c) Nov. 127. c. 1. auth. cessante. C. de legit. hered. Schneid. d. loc. in 2. ord. de success. parent. nu. 29.
De

De Jure Sax. frater & soror utrinque conjuncti excluduntur
per parentes defuncti, lib. 1. Sandr. art. 17. Fachs. lib. 1. diff. 24.
Coler. decis. 47. n. 2. & seqq. d) auth. defuncto. C. ad SCtum
Tertyll. quod tamen verum est, nisi sint ex linea ejus paren-
tis, cui volunt succedere. Tunc enim consanguineus cum
patre, uterinus cum matre admittitur, Schurff. cons. 5. cent. 1.
& cons. 9. cent. 3. Boër. decis. 185. nu. 4.

THESIS XI.

Et hæc in justis parentibus obtinent: illegitimè
eodem ferè modò a, quo liberi, succedunt, nim. Pa-
ter naturalibus liberis in sextantem b, mater in to-
tum c, incestuosis neuter d.

a) Correlativorum enim eadem est ratio & natura, l. pen.
& ibi Paul. de Castr. C. de legit. hered. b) auth. licet. C. de natu-
ral. lib. 1. si spurius ff. unde cognat. c) l. si qua illustris. 5. C. ad
SCtum Orsic. l. 2. §. 1. ff. ad SCtum Tertyll. & §. fin. Instit. eod.
d) auth. ex complexu. C. de incest. nupt.

THESIS XII.

Tertius ordo eorum est, qui à latere veniunt,
ubi primò defuncto fratres & sorores legitimi ex utro-
que latere juncti a in capita, & cum his fratrum &
sororum prædefunctorum liberi concurrentes jure re-
presentationis in stirpes succedunt b: non verò exi-
stentibus fratribus & sororibus liberi fratrum &
sororum soli in capita succedunt c.

a) Quia in his duplex vinculum est, paternum & ma-
ternum, quod ligat fortius quàm conjunctio simplex, quæ
est in conjunctis ab altera parte tantum, Hænon. disput. w. 8.
tb. 10. lit. b. Nec refert statim legitimè nati fuerint, sive post-
ea legitimati per subseq. matrim. secus si per rescriptum.

C

Prin-

Principis aut Curia oblationem natalib. restituti sint, *Schon.*
ad tit. Inst. de hered. qua ab intest. in 3. ord. de success. collat. n. 26.
 nec item refert, collaterales masculi sint vel foeminae, *auth.*
cessante. C. de legit. hered. Et haec, quae de successione fratrum
 & sororum ex utroque latere de jure civ. dicta, procedunt
 etiam in terris Sax. ubi itidem frater & soror ex utroque
 latere excludit fratrem & sororem ex uno latere tantum,
 tanquam gradu uno remotiorem, *art. 3. Sandr. lib. 1. Moller.*
2. semestr. 5. Hartm. Pist. 1. qq. jur. 33. b) idq; tam jure com-
muni civ. Nov. 118. c. 3. quam feudali. c. un. ubi Dd. de success.
feud. 1. f. 8. De jure Sax. jus repraesentationis in collateralibus
quoad bona allodialia locum non habet, adeoque fratrum
filiis exclusis fratres soli succedunt, art. 3. & 17. libr. 1.
Sandrecht. Constit. Elector. 18. in fin. part. 3. Secus tamen
est in feudalibus bonis, in quibus etiam juxta jus Sax. vi-
gore juris repraesentationis fratrum filii cum fratre defuncti
simul succedunt, etiam eo casu, quando clausula, secundum
gradus praerogativam, in investitura reperitur, Const. Elect. 29.
part. 3. Hart. Pist. 2. qq. jur. 23. num. 43. Schon. 1. disp. feud. 6.
th. 72. tamen si nepotes fratris cum patruo suo magno ad feu-
di successionem non admittantur, Dn. P. Theod. in tract. de
success. in 3. ord. reg. 2. except. 1. c) l. 1. §. interdum. ff. si pars he-
red. Nov. 118. c. 3. vers. hujusmodi. quam approbat Constitutio
Caroli V. anno 1529. in Comitibus Spirensibus lata, & jus Sax. in
art. 17. libr. 1. Sandr. Myns. 3. obs. 94. Zas. 1. sing. resp. 7. Hotom.
illustr. qq. 14. Fachin. 6. contr. 3. Schon. 1. disp. feud. 6. thes. 74.
Treut. 2. disp. 16. th. 5. lit. b. Rober. disp. Justin. 13. th. 10. Dn. Aru-
ma. exerc. Justin. 11. th. 12. Diss. Bart. in l. 2. §. agnati. ff. de suis &
legit. & alii multi, quos refert Schoner. d. loc.

THESIS XIII.

Deinde fratribus & sororibus utrinque con-
 junctis, eorundemque liberis non existentibus, fra-
 tres sororesque ex uno latere tantum juncti, eorumque
 liberi

liberi succedunt a, ita tamen, ut consanguinei eorumque liberi in paternis, uterini in maternis preferantur b, reliquis aliunde quaesitis aequaliter divis.

a) *Auth. post fratres. C. de legit. hered. Nov. 118. c. 3. Constit. Elect. 18. p. 3.* Horum tamen fratrum filii de Jure Saxon. à fratribus & patruis defuncti, similibusque personis excluduntur, cum filiis tamen praedicti patris filii fratris ex uno latere jure Saxon. admittuntur, *art. 3. lib. 1. Landr. d. Constit. Elect. 18.* item eodem Jure Sax. cum liberis fratrum & sororum utrinque conjunctorum fratres ex uno latere conjuncti simul succedunt in capita, non in stirpes, cum sint in pari gradu cum iis constituti, *art. 20. lib. 2. Landr. d. Const. Elect. 18. Reinhard. p. 1. diff. 3. Fachs. diff. 26. Coler. de Process. exec. p. 1. c. 3. n. 38.* quemadmodum etiam eodem jure Sax. utrinque conjunctorum nepotes cum fratrum ex uno latere filiis pariter admittuntur, eò quod conjunctus ex altero latere tantum uno gradu remotior sit utrinque conjuncto, quod & in infinitum procedit, *Moll. ad d. Const. Elect. 18. num. 3. Dn. Petr. Theod. in tr. de success. in 3. ord. reg. 3. except. 1. & 2.* In successione verò feudi frater, ex utroque latere defuncto conjunctus, non praefertur fratri conjuncto ex latere patris tantum, sed pariter illi succedunt, quia jus cognationis in persona primi concurrens in successione feudi non attenditur, *Alex. cons. 9. n. 14.* Unde sequitur, in successione geradae seu mundi muliebris in terris Sax. sororem utrinque conjunctam non praeferi sorori, ex latere matris tantum conjunctae, cum quoad geradam jus agnationis non attendatur: quemadmodum è converso in reb. quoque expeditoriis frater ex utroque latere alteri, qui ex latere patris tantum defuncto conjunctus est, non praefertur, cum jus agnationis solum, non etiam cognationis in iis rebus attendatur, *Moller. 2. semestr. 5.*

b) *Nov. 84. c. 1. §. 1. Don. 9. com. 4. Forst. de success. lib. 8. cap. 8. Diss. Fachin. 6. contr. 5. qui tamen nostram opinionem communem fatetur.*

C 2 THE-



THESIS XIV.

Denique deficientibus fratribus & sororibus eorumque liberis, ad successionem reliqui agnati & cognati secundum gradus prerogativam in capita vocantur a, etiam in infinitum b.

a) *Nov. 118. c. 3. in fin. nullum locum habente jure representationis, quia non agitur de successione ascendentis simpliciter; §. fin. Instit. de hered. qua ab intest. §. hoc etiam. Instit. de legit. agnat. success. Quid si concurrant patruus ex utroque latere & patruus ex uno tantum? Verius est aequaliter inter eos dividi hereditatem, cum sit casus singularis, in quo pluralitas vinculorum non attenditur, arg. l. 13. §. 2. vers. exceptis. C. de legit. hered. Treut. 2. disp. 16. th. 5. lit. f. Henon. disp. π. 8. th. 10. lit. k. Contrarium in hoc casu in foro Saxon. observatur, ubi ista prerogativa successionis inter fratres utroque vel altero tantum latere conjunctos extenditur ad quoscunque agnatos, etiam remotiores, ita sc. ut semper in computatione graduum descendentes à fratre ex altero tantum latere sint remotiores, quam descendentes à fratre ex utroque parente conjuncti, Schneid. ad tit. Inst. de hered. qua ab intest. in 3. ord. de success. collat. n. 35. Coler. dec. 49. n. 9. b) per l. 2. §. agnati. ff. de suis & legit. §. ceterum. Inst. de success. agnat. Myns. 2. obs. 95. nu. 4. Geil. 2. obs. 150. nu. 45. Rober. disp. Justin. 13. th. 11. Dn. Arum. exerc. Justin. 11. th. 13.*

THESIS XV.

Fratres legitimi tantum seu adoptivi sibi invicem non succedunt, nisi ab ascendentibus facta sit adoptio a: Naturales & spurii ex patris tantum latere juncti sibi invicem non succedunt b, secus est in uterinis, seu per lineam maternam conjunctis c:
Inter

Inter incestuosos & nefarios planè nulla est successio d.

a) Quia extranei adoptio hodie respectu successionis nihil operatur, *l. pen. C. de adopt. Treutl. 2. disp. 16. tb. 8. lit. d.*
b) eò quod in his nullum jus proximitatis vel agnationis considerari queat, quandoquidem tum demum liberi patrè vel ejus agnationem sequuntur, cum legitimæ nuptiæ intercesserint, *l. cum legit. ff. de stat. hom. Nov. 74. c. 1. c)* Qui sibi invicem non secus ac si ex legitimo matrimonio nati essent, succedunt *l. si spurius 4. ff. unde cognat. §. vulgò questiti. Inst. de success. cog. Coler. dec. 50. d)* Quia inter eos nulla juris participatio, *aut b. ex complexu. C. de incest. nupt.*

THESIS XVI.

Quartus ordo succedendi est conjugum a invicem, ubi ante omnia statuta locorum b, & pacta dotalia consideranda c, & his deficientibus successio fit secundum jus commune d vel Saxonicum e.

a) Ob arctissimam matrimonii conjunctionem, *l. un. C. unde vir & uxor.* modò justum fuerit matrim. & nullo divor-
tio interveniente vir aut uxor decesserit *d. l. un.* non eorum etiam cognati succedunt, quorum utpote affinium nulla est successio *l. affinitatis jure C. com. de success.* b) Et quidem vel illius, ubi maritus habuit domicilium habitationis, quando sc. conjuges non ejusdem fori sunt, *Treutl. 2. disp. 16. tb. fin. lit. b.* vel loci contractus, si sc. Sponsa nondum deducta sit ad domum Sponsi, *l. exigere. 65. & ibi Dd. ff. de judic. c) Const. El. Sax. 20. p. 3. Boër. dec. 44. Myns. 2. obs. 33. Geil. 1. obs. 36. n. 11. item 2. obs. 126. n. 3. d)* ubi dote nullâ constitutâ, vel etiam constitutâ, at exiguâ, conjux dives præmoriens, tam maritus quam uxor, etiam Sponsa de præsentibus, ad superstitem conjugem inopem extantibus liberis tribus aut paucioribus quartam hereditatis partem, extantibus verò pluribus virilem hereditatis partem transfert, in quam tamen dotem, legata &


quicquid alioquin à defuncto conjuge accepit superstes con-
jux, imputare tenetur, *auth. praterea. ubi Dd. C. und. vir &
ux. Nov. 117. c. 5.* Quinimò etsi conjux conjugi minus illâ
quartâ vel virili portione in testam. reliquisset, nihilominus
tamen adhuc debita portio vel danda vel supplenda, non
obstante prohibitione testatoris, qui voluit, ne eam conjux
peteret, *gl. & Dd. in d. auth. praterea. Schneid. ad tit. Inst. de
success. conjug. n. 17.* quandoquidem aliàs constat, conjugem
alteri conjugi per statutum vel consuetudinem debitam por-
tionem testam. vel aliâ ultimâ voluntate minuere aut tolle-
re non posse, *Wes. in Parat. ff. unde vir & ux. n. 3. e)* Ubi ma-
ritus, nobilis ille sit aut ignobilis, locuples aut pauper, nisi
ei aliter pactis dotalibus, vel statutis aut consuetudine lo-
ci cautum & prospectum sit, omnia mobilia, quocunque et-
iam loco ea reperiantur, lucratur, extantibus etiam liberis,
quibus tamen, ut & parentibus, legitima, si eam aliunde
consequi non possunt, ex his mobilibus vel præstanda vel
supplenda, *art. 31. libr. 1. Landrecht. art. 76. libr. 3. Landr.
Constit. Elector. 12. part. 3. Coler. de Process. execut. part. 1.
cap. 3. num. 230. & seqq. Wesenbec. in Parat. ff. und. vir. &
uxor. n. 3. vid. omninò Coler. decis. 286.* Successionem verò mu-
lierum seu viduarum in bonis defuncti quod attinet, discre-
pantia est inter viduas ignobilium & inter conjuges relictas
nobilium. Et maritò quidem defunctò ignobili superstes
conjux non extantibus pactis dotalibus & deficientibus sta-
tutis & consuetudinibus optio datur, an bona sua illata re-
petere, an verò marito succedere velit nec ne, *Const. Elect.
20. p. 3.* De consuetudine etiam horum locorum in partibus
Thuringiæ & Misniæ, extra ditiones Electoris Sax. observa-
tur quoque dispositio *d. auth. praterea. C. und. vir. & uxor.* ut
testatur *Coler. dec. 61. nu. 32. & 33. & in Process. exec. p. 1. cap. 3.
nu. 241. & seqq.* Virò nobili defunctò superstiti uxori quadru-
plicita debentur bona, utensilia, sponsalitia largitas, dome-
stica cibaria, & dotalitium, *Vid. omninò Schneid. d. loc. nu. 39.
& seqq. Coler. decis. 287. Dn. Pet. Theod. in tr. de success. in 4. ord.
reg. un.* Obiter sciendum, jure Sax. nullam esse conjugum
successionem, nisi matrim. per benedictionem sacerdotalem
&

& concubitus consummatum fuerit, *art. 25. lib. 1. & art. 43. lib. 3. Landr. Coler. dec. 38. nu. 3.*

THESES XVII.

Nullis ex prædictis quatuor ordinibus extantibus, vel extantibus quidem, at indignis & alioquin hereditatis & ceterorum bonorum incapacibus a, ultimò locò fiscus succedit b.

a) Quod quibus modis fiat, eruditè explicat *Dn. Petr. Theod. d. tr. de success. in 5. ord. reg. un. Schon. 1. disp. feud. 4. th. 30. & seqq.* b) *l. vacantia. C. de bon. vacant. l. quidam. 96. §. 1. ff. de legat. 1. art. 28. lib. 1. Landr. & art. 80. lib. 3. Landr. Const. Elector. 38. in fin. p. 3. modò legitima inquisitio, publica denunciatio & causæ cognitio præcesserit. Nam omissis illis bonâ vacantia dici non merentur, nec fisco cedunt l. ult. C. de bon. vacant. l. defensionis 7. C. de jur. fisc. & bonorum illorum possessor quadrienni præscriptione tutus est, l. 1. C. de quadr. præscr. l. 1. §. Divus ff. de jur. fisc. l. 6. §. 7. ff. si quis omiss. caus. test. Schon. 1. disp. feud. 4. th. 29. Treutl. 2. disput. 16. thes. fin. lit. e.*



Nobi-



Nobilissimo, Politissimo, & Prestantissimo

DN. RESPONDENTI
Amico & Fautori animitus
colendo.

Αρχαλή Σεγνήρε ὑπάρχες ἐὼν ἐνι σπαρῆ
Ἦπερ ἀνερματίσω ἔφυγε θαλάσση ὁμοία
Πειράζεις χαλεπὸν τε μέγα, Σεγνήρε τὸ ἔργον
Ἔισκε σπαράζεις ἄλυτον θεσμὸν θαλύειν.
Δεσπεσιῶ ἀπὲρ Ναύταο θεῶ σπαράγονι
Αἰνίοισι Φιληρέτμοισι, ῥέ' εἰσαφικανεῖς
πρὸς λιμένα, παιδείαν ἄγων αἰθωνα. Καὶ αὐτὸν
Ἡράκλειον ἐρασιπύον σπαρῆ θαλύσης
Θεσμὸν, ἑλέγγες ἅπαντα σοφίσματα ὀρθῶς
Ἦμῶ ἀληθές ἀπαλλάξεις ἀπὸ ψευθεῶ, ἔχθρω.
Συγκάρω σοι, ὅπως μάχη ὄτραλέως κ' αὐσῶ.
Ὅπως νικάεις τε δέχῃαι καλὰ τρόποματι

Φιλίας ἕνεκα

scriptit

Valentinus Mejerus VWantz-
lebiensis - Saxo.

FINIS.



ULB Halle
005 132 614

3



W 17







1618, 18 36.
20



JURIDICA

SIONI-
ESTATO,

M
M. A.
Nobilissimi & Amplif-
, in Celeberrima
alanâ,

SIDIO
C I Pfefferkorn
RIGETÆ.

efendet
EGNER,
Pannonius.

Julii.

Æ

YPOGRAPH:

THMANNI,

CXVIII.

